Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tiones uel uno saltem momento adimpletas fuisse, per L. ex facto. §. fin: ff: ad S: C: Trebellian: cum similibus, & ideo alteram istarum communiorum opinionum falsam esse, necessum est.

Deinde etiam unanimis est Dd: sententia, si quis pro se & descendentibus masculis & foeminis Emphyteusim uel feudum acceperit, & in eo loco statuto uel consuetudine receptum sit, (quemadmodum usibus feudorum, ut masculis & foeminis simul copulatiue uocatis foeminae censeantur ordine successiuo, scilicet deficientibus masculis uocatae, ut omnes Dd: recte sentiunt) ne masculis extantibus foeminae succedant, eo casu foeminas post masculos defunctos admitti, & sic semel exclusas, non semper fore exclusas: Bart: in L. Vt Juris Jurandi. §. si liberi. n. 5. ff. de oper: libert: Ripa in L. haeredes mei. §. cum ita. n. 46. Vbi late ff: ad. S. C. Trebell: Alex: cons: 9.+ & cons: 162. n. 3. & 14. lib. 1. Jac: Philip: Porc: cons: 121. n. 16. & inprimis Burs: cons: 80. n. 11. & per Alciat: in c. 1. de eo qui sibi & haered: & in c. 1. de capit: qui cur: Jend: Gozad: cons: 9. n. 59.

+ in princ. lib. 5. per Rüin. cons. 120. n. 9

Qua sententia si uera, prout uerissima est, consequens